Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ronam tuam Al. Qui uicerit faciam illum columpnam in templo dei mei et foras non egredietur amplius
Al. Qui uicerit scribam super eum nomen dei mei et nomen noue ciuitatis uidlicet que descendit de celo a deo meo et nomen meum nouum. Deo gras Colleca
Deus qui beatum marcum euangelistam tuum euangelice predicationis gratia sublimasti: tribue quesumus eius nos semper et eruditione proficere et oratione defendi P.
Prestanda quesumus omnipotens deus ut interuedente beato vitale martyre tuo et a cunctis aduersitatibus liberemur in corpore et a prauis cogitationibus mundemur in mente P. Philippi et iacobi Apostolorum cap
Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis domini nostri ihu xpi et gratia magna erat in omnibus illis. Aliud Stabunt iusti in magna constantia ad uisus eos qui se angustiauerunt et qui abstulerunt labores eorum Aliud Ecce quomodo putati sunt inter filios dei et inter sanctos sors illorum Aliud Per manus apostolorum fiebant prodigia et signa in populo Coll' Deus qui nos annua apostolorum tuorum philippi et iacobi sollempnitate letificas presta quesumus: ut quorum gaudemus meritis instruamur exemplis. P. Ex
Omnipotens semper deus castorum corporum et Waldburge v.
Omnium uirginum seruator et custos piis eccetue precibus ad te dignare et intercedente beata waldburga uirgine tua mentibus nostris pius illabere et spiritalis vite nobis tribue puritatem P. Inuencione sancte
Xpc P tulit peccata nostra in corpore suo super lignum ut peccatis mortui iustitie viuamus cuius liuore sanati sumus Aliud Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est his autem qui salui fiunt id est nobis dei virtus est Aliud Fratres Non misit me xpc baptizare sed euangelizare non in sapientia ubi ut non euacuetur crux xpi Aliud Ego per legem legi mortuus sum ut deo viuam xpo crucifixus sum cruci uiuo autem iam non